**166.** RODERICI SANCII DE AREVALO EPISTOLAE ET ORATIONES. { I. 5 / T. James 97(2) }

Codex membranaceus in 4to, seculo xvi scriptus, in quo continetur,

1. Roderici [de Arevalo episcopi] Caligaritani disputatio de pace et bello, *fol.* 1.
2. Ejusdem oratio exhortatoria ad bellum in Turcas suscipiendum, *fol.* 63.

Hanc orationem excipit SYLLOGE EPISTOLARUM, quarum notitiam ex rubricis codicis desumptam apposui.

3. Epistola doctissimi viri Georgii Trapezuntii ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum plurimum commendat, et deplorat incommoda captivitatis suæ, et precatur eundem episcopum ut significet causas suæ incarcerationis et calamitatis, *fol.* 74.
4. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Georgium Trapezuntium, in qua ostendit causas suæ captivitatis, et arguit eos qui obloquuntur et detrahunt principibus, quare concilium salubre dat eidem Georgio ut quam ocius liberetur, *p.* 75.
5. Epistola Platinæ ad Rodericum episcopum Caligaritanum, castellanum S. Angeli, exhortatoria, ut ad eum in carcere vinctum scribat consolationum remedia contra vincula, dolores corporis et alias mundi molestias, *p.* 79.
6. Epistola Roderici episcopi et castellani consolatoria, ostendens hujus seculi flagella medicinam esse et signa veræ salutis, et quod plurima bona pariunt tales adversitates, presertim dolor corporis, vincula quæ animum non lædunt præsertim sapientis, et hortatur ad constantiam, *fol.* 80.
7. Epistola B. Platinæ ad Rodericum castellanum, quem plurimum laudat de doctrina et humanitate ad miseros, et agit gratias de remediis ad ejus infelicitates, *fol.* 83.
8. Epistola Roderici castellani ad Platinam responsiva, arguens amicum assentantem simul et laudantem, et ostendit propter quæ veræ laudes dicantur, *fol.* 85.

---

Vellum, $11\frac{3}{10} \times 8\frac{1}{5}$, ff. 154 + 2, 25 lines to a page. Cent. xv, in a good Roman hand, sometimes passing into Italic. Italian writing and vellum.

*Collation:* 1 flyleaf, $1^{10}$–$15^{10}$ $16^{4}$, 1 flyleaf. 2 fo. dearum singulare.

On flyleaf in red:

Tabulam opusculorum et epistolarum huius libri et materias reperies in fine Libri.

At bottom of f. 1 and on 154*b* and at various places in the book is the name of Th. Godsalve[1]. On f. 1 Thomas Godsalffi de Norwico Notarius publicus (notary's mark). Lychefelde.

On 154*b* Liber Thome Godsalffi de Norwico olim de Lychefelde, added: sed nunc Petrus hobard de denyngton dominus huius libri 20 die Augusti a° 1567.

On the last flyleaf is stuck a slip of parchment: henry blower fre of ... wax chandel*ou*r in S. marget moyses parishe in fridaye strete.

1 has a very good initial in gold with white branch work, and grounds of green, red, blue, dotted with white, extending up and down the *L.* side.

Smaller initials of the same type occur at the divisions of no. 1 and at the beginning of 2.

[1] On Godsalve see Bale *Cent.* xii 43, and *Index* passim.

9. Epistola B. Platinæ ad Rodericum castellanum, in qua miserabiliter conqueritur contra fortunam, quæ eum bonis artibus deditum suis percusserit malis, quod attribuit iniquæ suæ constellationi, et desperare videtur, *fol.* 86.

10. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Platinam responsiva, in qua agit quomodo catholice loquendum sit de fortuna et fato, et quod astra non necessitant ad hosce sinistros eventus, *fol.* 88.

11. Epistola B. Platinæ ad eundem Rodericum castellanum, deplorans infirmitates captivitatem et infortunia sua, quæ dicit non posse curari verbis, *fol.* 92.

12. Epistola Roderici episcopi et castellani responsiva, quod licet aliquid dolores corporis intellectum impediunt, qui tamen intense Deum amat et speculativis intendit, non sentit has passiones corporis, et de causis quare boni has molestias patiuntur, *fol.* 93.

13. Epistola B. Platinæ ad eundem Rodericum castellanum, in qua superatum se asserit rationibus castellani, manent tamen aliquæ molestiæ reliquiæ, quibus petit adhiberi consolationis remedia, *fol.* 96.

14. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Platinam responsiva, in qua dicit prædictas reliquias passionum et infelicitatum humanarum difficulter curari posse, veluti ex debilitate et pronitate ad malum provenientes, et tangit egregie omnes passiones animi, adhibens contra illas remedia, *fol.* 97.

15. Epistola B. Platinæ ad eundem Rodericum castellanum, eum commendans de doctrina et humanitate, tandem exhortatur ut scribat, quo antidoto possit curare passiones animi, videlicet gaudium, spem, dolorem et metum, et quid opponatur istis passionibus, et unde oriuntur, *fol.* 102.

16. Epistola Roderici Caliguritani ad B. Platinam responsiva, primo eum commendat de elegantia sermonis, tandem agit de singulis animi passionibus, et de earum ortu, et quid eis opponatur, et de medela ad eas curandas, et de quibusdam utilitatibus quas in animum afferunt, *fol.* 103.

17. Epistola Pomponii oratoris eloquentissimi ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua commendat quædam opuscula ejusdem episcopi, presertim libellum ab eo editum de peste an fugienda sit, *fol.* 111.

18. Epistola ejusdem Pomponii ad eundem Rodericum episcopum de laudibus, signanter de clementia S. D. N. Pauli II, *fol.* 113.

19. Epistola Roderici episcopi Caliguritani ad Pomponium, in qua eum consolatur de calamitatibus, et quomodo virtus crescit in adversis, *fol.* 114.

20. Epistola ejusdem Pomponii ad eundem Rodericum episcopum, in qua agit gratias de solamine epistolarum suarum, quibus se adjutum plurimum dicit, *fol.* 115.

---

The table, in Italic hand, is on f. clii.

The divisions of no. 1 are:


| | |
|---|---|
| Prologue . . . . . . . . . . . . . . . | f. 1 |
| Platyne tractatus de laudibus pacis . . . . . . . . | ii *b* |
| Rodorici Commendatio armorum . . . . . . . . . | xv *b* |
| Secunda pars . . . . . . . . . . . . . . | xlv |


Most of this section is in a hand approaching Italic. The first hand is resumed on f. lxiii.

The author, Rodericus Sancius de Arevalo, Bp of Calahorra, flourished in 1468, wrote *de Rebus Hispanis*, and was a considerable patron of literature.

The letters of Pomponius Laetus to Rodericus, and the answers of the latter (nos. 17–24), were printed from this MS. by Creighton (*Hist. of the Papacy* III 276).

21. Epistola ejusdem Pomponii ad eundem Rodericum episcopum et castellanum, in qua plurimum commendat tractatum per eundem episcopum editum contra Basilienses et contra electionem per eos factam ad papatum in personam Amodei, *fol.* 117.

22. Epistola ejusdem Pomponii ad eundem Rodericum episcopum, in qua etsi solitudinem dicit peculium poetarum, solitudinem tamen cum reclusione non laudat, *fol.* 119.

23. Epistola Roderici episcopi et castellani responsiva ad eundem Pomponium, in qua solitudinem veluti aptam contemplationi et otio plurimum laudat, et quomodo sapiens non est solus, nec menti angustia obest, *fol.* 120.

24. Epistola ejusdem Pomponii ad eundem Rodericum episcopum, in qua dicit solitudinem esse utilem cum libertate sed molestam cum captivitate, et lamentatur de ejus reclusione, *fol.* 122.

25. Epistola Lucidi Latini ad Rodericum episcopum et castellanum excusatoria quod non scripsit, et exhortatur ut illum calamitosum suis literis consoletur, *fol.* 124.

26. Epistola Roderici castellani ad Lucidum, in qua eum consolatur exhortaturque ad patientiam in adversis et animi magnitudinem omnem fortunæ impetum superantem, *fol.* 125.

27. Epistola ejusdem Lucidi ad eundem castellanum, in qua agit gratias de antidotis consolationum suarum et iterum exhortatur ut ad eum scribat, *fol.* 126.

28. Epistola Roderici ad eundem Lucidum, in qua ait eum tam mirificas laudes non mereri, et ibi pulchra contra adulationem ; tandem pulchra adducit de retribuendo benefactoribus, rursus scribit ei certa consolationis genera quæ omnem mœstitiam levant, *fol.* 127.

29. Epistola ornatissima Lucidi ad eundem Rodericum castellanum de laudibus suis, in qua brevi virtutes et opera ejus narrat, *fol.* 130.

30. Oratio Cafaretis ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum plurimum commendat, signanter de humanitate erga omnes cives Romanos quos in sua habet custodia, *fol.* 133.

31. Epistola Augustini Maffei Patricii ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum laudat de doctrina et virtute, tandem transmittit ei libellum de gestis et opusculis ejusdem episcopi a Pomponio viro eloquentissimo editum, *fol.* 135.

32. Epistola ejusdem Roderici episcopi et castellani ad eundem Augustinum, in qua indignum se ait tot præclaris laudibus, easque pro monitione recipit, ut talis sit qualem describunt ipsi Augustinus et Pomponius, *fol.* 136.

33. Epistola eloquentissimi viri A. Campani ad R. P. Rodericum episcopum Caliguritanum et castellanum, in qua quærit an somnia habeant aliquid veritatis propter antiquorum exempla quibus legitur somnia maxima futura prænuntiasse, *fol.* 138.

34. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Campanum responsiva, in qua pulchra de somniis adducit, specialiter septem causas propter quas omnia somnia hominibus accidunt, *fol.* 139.

35. Epistola Campani ad eundem episcopum et castellanum, in qua plurimum epistolam precedentem commendat, et fatetur plene satisfecisse dubitationi suæ erga somnia et effectus eorum, *fol.* 143.

36. Epistola ejusdem episcopi et castellani ad eundem Campanum, consolatur eum multipliciter propter carceris miserias, et adducit utilitates quæ ex captivitate proveniunt, et quod sapiens captivus esse non potest, *fol.* 144.

37. Epistola ejusdem Campani ad eundem episcopum et castellanum in qua eum commendat de humanitate et doctrina, et extollit opusculum a dicto episcopo editum de differentia principatus imperatoris et regis, *fol.* 146.

38. Epistola ejusdem Roderici episcopi ad eundem Campanum, in qua eum exhortatur ut librum ab eo editum de monarchia perlegat, et si quid dignum reprehensione viderit, emendet, *fol.* 148.

39. Epistola ejusdem Campani ad eundem episcopum et castellanum, in qua ultra carceris miserias febres et dolores pati conqueritur, et ni antidotis consolationum ejusdem episcopi adjutus esset, putat eum obiisse, *fol.* 149.

40. Epistola ejusdem Roderici episcopi ad S. D. Paulum II. regratiatoria promotionis suæ ad ecclesiam Zamorensem, *fol.* 150.

41. Oratio ejusdem Roderici episcopi et castellani ad eundem sanctissimum D. Paulum II. in visitatione ejusdem pontificis, gratias agens de translatione ad ecclesiam Caliguritanam, *fol.* 150.

## 167. JOHN CAPGRAVE'S CHRONICLE. { E. 6 / T. James 48

Paper, $11\frac{9}{10} \times 7\frac{4}{5}$, pp. 196, 25 and 31 lines to a page. Cent. xvi, in two (?) very good clear hands.

Contents:

Capgrave's Chronicle of England, without the prologue.

Copied from the autograph MS. Univ. Libr. Camb. Gg. 4. 12, which is the only other manuscript known.

Edited by F. C. Hingeston, Rolls Series 1858. He speaks of this MS. in his Introduction, p. xxvii.

## 168. DOCUMENTS RELATING TO BP COX OF ELY. { Misc. Y[1] / T. James *vac.*

Codex chartaceus in folio, cujus primæ paginæ inscribitur,

"This booke conteyninge some fragments of that excellent man Richard Cox bishoppe of Elie, Roger Cox sonne to the B. gave to me J. Jegon."

In eo autem continentur,

1. Loci communes ex patribus, &c. collecti.
2. Notæ historicæ ordine chronologico dispositæ de rebus ecclesiasticis ab anno 603 ad annum 1509.
3. Leges Canuti, Ethelredi, Edgari, Edmundi, Adelstani, Inæ et Aluredi.

---

Paper, $11\frac{7}{10} \times 8\frac{1}{2}$, ff. cir. 200, many blank. Cent. xvi, in various hands.

Contents:

1. Collected from Fathers and medieval writers . . . . . p. 1
2. f. 56, mostly on the Popes.
3. f. 64 (4 pp.) called by Liebermann (p. xxii) *Corpus.*

[1] Stanley is responsible for calling this volume *Misc.* Y, and he is wrong. Parker's own *Misc.* Y, which contained chiefly medical tracts, is lost, and the present volume was given by Dr J. Jegon, Master from 1590 to 1602.